

ARNOLDVS A SIGEN CONSVL COLONIENSIS.



A rnoldus ille apud Belgas ex honesta familia natus anno 1484, & à pueris in omni genere virtutum educatus fuit. unde in maximum suæ patriæ ciuem evasit. Is cum adolesceret, Cæsaris castra secutus est. Ibi cum suam fortitudinem & uitæ integratatem sæpius declarasset, à Cæsare eques auctoratus constitutus fuit. Cum autem & singulari prudenteria & rara facundia esset insignis, eum Carolus Imperator in suum cōsilium adsciuit, & in magno loco habuit. Coloniensis etiam Respublica eum suum Consulem designauit. Eam dignitatem Arnoldus per multos annos magna grauitate retinuit, atq; ut omnia rite perageretur, curauit. Anno etiā in 1562 cum Maximilianus Cæsar Frâckofurti eligeretur, ipse Legatus suæ urbis interfuit, & ob rerum usum omnibus innotuit. Cum autem tandem & annis & laboribus uires essent exhaustæ, iam octogenarius factus, Consulatū resignauit, atq; quod uitæ supererat modestè priuatim egit. Anon.